



AD AUTOREM.

I.

Divinas dulci resonat modulamine laudes
HARTMANNUS, laudes inde refert q̄, piās.
Præmia digna. *DEI* quæ Musica nomen honorat,
Æternum laus hanc & pius ambit honor.

M. ZACHARIAS SCHEFFTER,
Gymnas. Casim. P.P.



II.

TV quicunq; gravem sentis in pectore molem,
Et gravibus cutis vulnera cordis alis;
Quæ, licet ipse ferat sacras Epidaurius herbas,
Nec sanare queat vulnera cordis ope;
Huc ades, huc cursu nunc sit tibi tendere cura;
Pectora confortans grata medela patet.
Grata medela patet; confortans Pharmacon hortus
Exhibet *HARTMANNI*, quod pete sanus eris.
Anxietas animi tristi dat corpora letho;
Qua dempta, tumbâ stat revocare gradum.
Ergo velut tua nunc, *HARTMANNE*, industria præstat
Magnum: sic magno nomine digna cani.
Ergo suum Rhodope miretur & Ismarus Orphea:
At magis *HARTMANNVM* sanctus in orbe Sion,!

ANDREAS OSTERRECHER,
Schola Patria Correct. & Not. Publ.